



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Compendium Cæremoniarvm In celebratione Diuinorum Officiorum Observandarvm

Jacobs, Johannes

Antverpiæ, 1621

Cap. I. De Magistro Cæremoniarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40844**


**CÆREMONIARVM**

*in celebratione Diuino-  
rum Officiorum*

**OBSERVANDARVM**

**CAPVT I.**

**De Magistro Cæremoniarum.**

I.  **ÆREMONIARIVS**, cuius ministerio & cura omnia Ecclesiastica munia obeunda sunt, antequam Diuinum Officium inchoetur, præmoneat atque instruat quos opus fuerit, & videat an omnia sint parata & rectè disposita quæ ad celebrationem spectant; præsertim quando erunt celebranda Officia quæ non ita frequenter occurrunt, vt in festo Purificationis, Feria quarta Cinerum, Dominica Palmarum, & in maiori hebdoma-

*Ex Car.  
lib. 1.  
cap. 5.*

*Videa-  
tur  
Missale  
illis  
diebus  
& Car.  
lib. 2.  
cap. 16.  
& ali-  
quot  
seqq.*

A

da

De ser-  
mone  
habēdo  
Car. l. i  
cap. 22.  
& ali-  
bi.

da seu aliàs , vel quando habendus erit sermo infra aut post Missam, vel adfuturus erit aliquis maior Episcopo , aut magnus aliquis princeps seu alij , ratione quorum aliter aliqua sint agenda aut disponenda , prout suis locis habetur in Cæremoniali , quod ipsum habere oportet cum alijs libris qui de Officijs diuinis & ritibus Ecclesiasticis tractant , ac diligenter peruoluere, vt non solum actione & opere sit paratus, sed etiam cum opus fuerit, de his quæ fiunt rationem reddere, quoad eius fieri possit, valeat.

2. In ipso verò celebrationis actu omnia circumspiciat, & singulorum munia perpēdat, præcipuam tamen curam gerat Celebrantis ac ministrorum eius , aliarumque personarū dignitate præstantium, vt eis præsto sit si quid petant, vel de re aliqua admonendi sint aut ducendi. Ad ipsius enim officium

spectat

ſpectat providere ne quis error committatur, aut aliquid indecenter fiat, Celebrantem & ministros eius ac alios, cum opus erit, ducere & reducere, Subdiacono Epistolam & Diacono Euangelium cantanti aſſiſtere, thuribulum ad Episcopum deferre, prout inferius ſuis locis indicabitur. Ad ipſum quoque ſpectat, præſertim ubi non adest particularis magiſter chori, curare, ut omnes decenter ac uniformi ritu, diuinis Officijs aſſiſtant, aliaque obſeruent quæ ponuntur in ſequenti cap.

*Lib. 2.  
cap. 8.*

3. Cum autem opus erit aliquos monere, ducere aut reducere, faciat id modeste & discretè, ſubmiſſa voce ac ſolo nutu, ſi fieri poſſit, quæcumque agenda ſunt demonſtrans; non diſcurrat velociter, non caput voluat, aut manus iactet indecenter. Caueat demum ne in ſuis actibus affectationis vitio notetur, ſed quidquid

4 **Compend. Cæremon**

aget, cum grauitate & congruenti mora, ac cum decoro corporis gestu ita peragere curet, vt cæteris deuotionem ac reuerentiam pariatur.

4. Quæ omnia vt quietiùs perficiantur, omnes tam Canonici, quàm alij, ipsi Cæremoniario in his quæ ad diuinum cultum spectant sine contradictione obediatur; nec tantùm eius verbis acquiescant, sed etiam nutu aut leui aliquo signo vel intuitu quid agendum sit significanti statim pareatur.

C A P V T I I.

**De obseruandis ab omnibus & in omnibus Officijs.**

*Cer.  
lib. 1.  
cap. 5.*

1. **I**Nfra chorum nulla fiant colloquia, nec sint qui risu, alioue incomposito seu minùs modesto actu rem diuinam turbent; non qui cum cæterorum scádalo dormiant, litteras aut alias scripturas legant; sed nec libros aut ipsum

Breui-